

115

FESTIVITATEM NUPTIARUM,

Qvas cum  
V I R

Admodum Reverendus, Clarissimus atque  
Doctissimus,

**DN. DANIEL  
KÖEHLERUS,**

Ecclesiastes ad Aedem B. Mariae Virginis apud  
Thorunienses bene meritus,

Cum

Florentissima omnibusque virtutibus, qvae ele-  
gantiorem sexum ornant, praedita Virgine

**CONSTANTIA  
WENDIA,  
VIRI**

Spectatissimi atq; Consultissimi

**DN. JOHANNIS  
WENDII,**

Apud Thorunienses in nova Civitate Magistri  
Scabinorum Vicarii prudentissimi, Filia

d. VII. Febr. A. C. ccccviii.

Faustis omnibus votisque prosequbantur,  
Gymnasii Thorun.

**RECTOR & PROFESSORES PUBL.**

---

THORUNII,  
Impress. Johannes Conradus Rügerus.



Ulgo mortales qvaedam incon-  
stantia versat,  
Et res ambiguis passibus ire fo-  
lent.

Qvam saepe eveniunt nostris contraria votis?

Fit minus optatum, non ea, qvae petimus.  
Nam velut abreptam procul a tellure carinam

Incertam variis motibus aequor agit:  
Interdum sic mens inopina flectitur aura,

Cedit, & inceptum deficit inter opus.  
Crimen id illorum vulgo commune putatur,

In lecto solis qveis placet esse diu.  
Hinc audis crebro: Dulcem cur ducere vitam,

In bona conjugii tanta venire, negant?  
Magnum illud robur pulchrisqvod inesse puellis,

Dicunt incertos cogere nonne potest?  
At statuat, qvod quisque velit, sibi consulat ipse,

Nam plerumque juvat stare suo arbitrio.  
Vincitur hic Sponsus, Sponsae expugnatus amo-

Qui fuerat vita caelibis ante tenax. (re,  
Nec tamen hoc constans. Dubia qvia mente

legebat  
Dulce morae pretium qvod tenuisse putat.

Ipsa Tibi sperata venit CONSTANTIA, Sponse,  
Auxilium constans, grata tori Socia.

Eludit, levius Sapiens qvod dixerat olim:  
Formosis levitas semper amica fuit.

Nam

Namque Tibi totam summo se tradit amore,  
Ipsa Tibi tantum sola placere cupit.  
Sic vester sit firmus amor, Concordia constans,  
Confirmata sient prospera quaeque diu!

M. P. IAE NICHIIUS, R.

**S**at cito, si bene sat: docti sunt verba Catonis,  
Quaeis sua non fragilis constat ubique fides.  
Fines naturae positos non transilit ordo,  
Metitur modulo cuncta creata suo.  
Sat cito, si bene sat superatur culmen honoris;  
Ima petunt crebro, qui super astra volant.  
Non patitur saltum subitum natura vetusta,  
Poplite sed lento se mover atque pede.  
Cernitur haud subito matus in arbore fructus:  
Autumnus demum mollia poma parit.  
Injectum terrae granum protrudit aristas  
Post multum tempus precipitemque moram.  
Nauta diurno quassatur in aeqore fluctu,  
Ut repeatat patrios laetus ovansque Lares.  
Quo faciat messem studiorum doctus Apollo  
Per plures annos nocte dieque studet.  
Bellum numne statim Concordia paxque coronat?  
Post multos annos vix reddit alma quies.  
Urbis disiectae non illico moenia surgunt,  
Non uno surgit diruta porta die.  
Sat cito, si bene sat veniunt ad amica Columbae  
Fœdera subdentes candida colla jugo.  
*Vir Venerande*, tuis ego nunc haec accino Votis:  
Sat cito, nam bene sat; cum bene cedit opus.  
Processit tardo fortuna quidem tua gressu,  
Sed jam præclaris promicat illa modis.  
Traditur in thalamum CONSTANTIA, Virgo pudica,  
Virgo digna Viro, Filia digna Patre.  
Iste meas multo cumulavit honore Camœnas  
Nostraque Musa ipsi maxima cura fuit.  
Non polit haec fragili formosum putnace vultum,  
Grandia nec pulchra peggata fronte gerit.  
Non ornat minio faciem, malasque perungit,  
Nam virtutis odor totus in ore sedet.  
De donis animi fileo, quibus Illa refulget,  
Non sunt haec nostris dona canenda metris.  
Materies Tibi latandi, Reverende Sacerdos,  
Sit, frontem latam porridge, quæso, tuam,

Fausto

Fausto decurrant tædalia tramite festa,  
Sit procul omne malum, sit procul omnis Eris.  
Ædes circumstet pax & benedictio cœli,  
Egeret in Pontum Vistula donec aquas.


Auspicatissimis Nuptiis plura animo, quam calamo vovet

M. MARTINUS Böhni.

**T**urpe est doctori, dum culpa redarguit ipsum,  
Vera Viri qvondam vox sapientis erat:  
Qvā monuit qvosvis non abs ratione docentes,  
Ut, qvod præcipiunt, ipsi etiam faciant,  
Qvodqve vetant fieri ex præcepto Numinis alni,  
Id sibimet vetitum non minus esse sciant.  
Namqve suo pius exemplo plus proficit unus,  
Atqve mali centum multa loquendo piè.  
Promptus ad obsequium auditor tunc esse videtur,  
Quando docens, alios qvod monet, ipse facit.  
Sunt igitur dictis jungenda bonis bona facta:  
Si vult à culpà doctor abesse bonus.  
Hæc dum Vir multum Venerandus mente revolvit,  
Sustinet exemplo dicta probare sua.  
Conjugium cœlebs, en, qvod laudavit honestum,  
Nunc moderante DEI Numine sponsus init.  
Wendia Virgo bonæ famæ formæqve decoræ  
Pastoris vocem sponte secuta sui,  
Fœdus ad hoc thalami concurrit, pectore casto  
Servatura fidem tempus in omne datam,  
Et latura simul charo cum conjugé, qvicqvid  
Sors tulerit certo nescia stare loco.  
Interea precor ex animo, ut fortuna benigna  
Perpetuo sponsis hisce favere velit:  
Siqve qvid adversi fuerit molita subinde,  
Mojores casu semper ut esse queant:  
Nullaqve sit nobis scribendi carmina posthac,  
Qvam qvæ lætificat pectora, materies.

Pauci hac animo grātandi  
scr.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,



clausi

113535